



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 118. Cynthii Aldobrandini Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. nil sit derogatum, quin prohibere va-
 A. C. 1610. leat, ne quis sine ejus licentia ibi ce-
 lebret. Præterea in eadem Congrega-
 tione die vigesima quinta ejusdem Men-
 sis, declaratum est, quod si quis certo
 sciat, datam sibi facultatem excipiendi
Confessiones, tutus sit in conscientia,
 et si Episcopus dicat, se non memini-
 se: si vero dubius sit de facultate sibi
 concessa, curet, ut ab eo absoluti ite-
 rent **Confessiones**, ipse vero deinceps
 abstineat ab audiendis **Confessionibus**
 absque nova Episcopi Licentia: pari-
 ter die secunda Octobris decisum est,
 quod Nuptias benedicere non valeant
 Canonici, sed tantum Archipresbyter,
 qui est Curatus: tandem dubio in Ur-
 bevetana civitate exorto die vigesima
 Novembris a S. Rituum Congregatione
 declaratum, quod nullo modo conve-
 niat, ut Magister Capellæ in supplica-
 tionibus incedat cum Beneficiatis, sed
 incedat cum suis Cantoribus immediate
 ante ipsos Beneficiatos, vel in loco
 per Episcopum assignando.

§. CXVIII.

*Cynthii Aldobrandini Cardinalis
obitus.*

*Ciacon. ad
vitam
Clem. VIII.*

Primam hujus anni diem Purpurato-
 rum Collegium [non sine planctu-
 auspi-

auspicabatur; viam enim æternitatis Sæc. XVII.
ingressus erat omnibus in paucis cha-

A. C. 1610.

rus Cynthius Passerus patria Senogal-
liensis, Clementis VIII. ex Sorore Ju-
lia Aldobrandina Nepos, ab eodem
Pontifice insignibus & cognomine no-

Ughel. Ital.
Sacr. Ben-
tivoli. in
Mem. hist.

bilissimæ suæ stirpis Aldobrandinæ co-
honestatus. Juvenis Romæ humanio-
ribus literis, & Philosophiæ in Colle-
gio Germanico, Patavii vero jurispru-
dentiæ vacabat, Doctoratus laurea de-
coratus: Pacis inter Austriacos & Po-
lonos fancitæ nuntius ab Aldobrandino
Cardinale, cui in hac legatione fide-
lem operam præstiterat, missus Uni-
versam Romam lætitia replebat. Plu-
ribus postea mensibus evolutis a Cle-
mente VIII. utriusque, ut vocant, Si-
gnaturæ Referendarius, Avenionensis
Legatus, & Cardinalis S. Georgii re-
nuntiatur. Diversis quoque præfuit
Congregationibus, ubi non modo præ-
stantis ingenii specimen dederat, sed
etiam in Senatu intrepido animo, ma-
gnoque Religionis fervore, quem sin-
gularis prudentia temperabat, senten-
tiā suā protulit. Tot autem inter
publica Ecclesiæ negotia primas eo cu-
ras intendit, ut se Deo gratum, pau-
peribus munificum, & literatis Mæce-
natem domesticum exhiberet. Horum
consortio usus in ædibus suis Academiam

Mm 3

miam



Sæc. XVII. miām instituit, Viris doctrina præstan-
A. C. 1610. tissimis longe celebratissimam: paupe-
res peregrinos sæpius invisit, varia eis
præstitit obsequia, & erogato liberali
stipendio eorum pedes lavit. Cubabat
in paleis, cædebat corpus suum flagris
& consenescet in precibus: tandem
vero calculi doloribus confectus men-
torum præmium in cælis recipiebat.
Corpus ejus ad D. Petri ædem ad Eu-
doxiæ titulum delatum est, cui etiam
Ecclesiæ totam suppellectilem suam sa-
cram legabat.

§. CXIX.

*Innocentius Bufalo Cardinals
mortuus.*

Ciacon, l. o.
Amyd, in
vita Jun.

Alt er erat ex Purpuratis, qui hoc an-
no deceperant, Joannes Bubulus
seu Busalo de Cancellariis Nobilis Ro-
manus, qui stupenda memoriæ felici-
tate, ac ingenii acie clarus itidem in
Collegio Germanico Philosophicis ac
Theologicis disciplinis imbutus, Juris
prudentiæ lauream emeruit, atque a
Sixto V. Referendarius, a Clemente VIII.
Canonicus Basilicæ Vaticanæ nomina-
tus, Narniensis & postea Bononensis ur-
bis Prætor, tandem vero Camerinensis
Antistes creabatur: Agebat quoque Se-
dis Apostolicæ Nuntium apud Henri-
cum